



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Friderici Karg de Bebenburg Serenissimorum DD.
Fratrum Principum Electorum Colon. & Bavar. Ducum &c.
... Dissertationes Theologicæ, Nomo-Canonicæ,
Historicæ, & Politicæ Ad Constitutionem ...**

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Coloniæ Agrippinæ, 1690

Appendix De Asylo Philosophorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38308

gationis Immunitatis sensum 16. Junii
 1631. Vicario Generali Capuæ exposi-
 tum, à Summo Pontifice conceda-
 tur: id quod etiam ab Urbano VIII.
 per litteras de ejus mandato omnibus
 Episcopis ab Eminentissimo Bandino
 15. Martii 1629 scriptas declaratum
 refert Ciardinus *L. 1. controu. foren.*
c. 10. num. 39. sacraque Congregatio
 Immunitatis multoties resolvit, cujus
 censuræ & iudicio hæc omnia ac sin-
 gula devotissime submitto

APPENDIX

De

ASYLO PHILOSOPHORUM,

*Veram, non simulatam Philosophiam
 affectantium.*

174. QUam pessulo portæ obducto
Cant. 5. v. 2. totam nive pu-
 riore^m, nævique expertem legimus,

ac

GI
 42

ac su.
 sa è d
 ad ar
 palli
 si veri
 sefert
 18. ve
 aut m
 abufu
 extern
 Miser
 gendis
 quidè
 mines
 tra nic
 rens, l
 hoc est
 cipis Sa
 & segg
 pericul
 latitans
 Regum
 missoru
 plitudi
 se passu

ac sui securam : eadem v. 7. vix egres-
 sa è domo cruentatur in via, gesto que
 ad arcendam à se omnem maculam
 pallio spoliatur à gente Asopha, quæ
 si veritatis explorandæ studium præ-
 sefert, aut detectæ cum Pilato *Ioan.*
18. vers. 38. illico dorsum obvertit,
 aut malè tractatæ pallium rapit, eo
 abusura ad technas & falsitates suas
 externo veritatis tegmine palliandas.
Misera Philosophia! deducendis ac re-
 gendis hominibus *Prov. 8 v. 15.* nata
 quidè; at nullibi minùs, quàm inter ho-
 mines tuta, ideoq; in foraminibus pe-
 træ nidum atque perfugium quæ-
 rens, *Petri Bar-lone Matt. 16. v. 17.*
 hoc est, *Filii Columba* in Atrio Prin-
 cipis Sacerdotum *Matth. 26. v. 69.*
 & *seqq.* tertio lapsi exemplo edocta
 periculum sub conversatione seculi
 latitans : cujus dudum gnarus *Elias 4.*
Regum 1. v. 9. & seq. nullâ seu pro-
 missorum copiâ, seu titulorum am-
 plitudine ad Regem ac Regiam trahi
 se passus est : si que Sacerdotes *1. Reg.*

22. v. 17. accersiti sunt ad Saulem,
 octoginta quinque illorum occidit
 Doëg (*motus, seu strepitus*) vestitos
 ephod lineo, ordinariaque illorum
 Sedes procul à domo Regis in Nobe
 fuit, quod à Philone *l. de nominib. hebr.*
in lib. Num. & 1. l. Reg. vertitur *latrans,*
 seu *latratus*, ne extra urbem latratibus, de-
 generarent in *canes mutos non valentes*
latrare Isa. 56. v. 10. aut inter appa-
 ratus ac strepitus aulicos, à Philoso-
 phica simplicitate & quiete, extra
 tranquillitatis solidæ portum, peri-
 culosè deflecterent; aut scenam in
 aulis de se facerent, contra magistrum
 sui Samuelis *1. Reg. 15. v. 30* atque
 Philosophiæ, fucorum ac fraudum
 nesciæ, doctrinam & usum: nec im-
 meritò, cum simplex ac nuda veritas
 neque cerussam, neque larvam ad-
 mittat, malitque vel in vinculis seor-
 sum cum Joanne *Mar. 6. v. 17. &*
20. & cum Petro Act. 12. v. 7. quie-
 scere, quàm in molli & in omnem
 formam fictili habitu agitari inter
 menda.

ces vulgi rumores, & Principum aul-
 las, ubi æterna Veritas ac Sapiencia à
 proprio Discipulo *Matth. 26. v. 14.*
 & seqq. proditur; Barabbæ latroni
Matth. 27. v. 20. Salvator postponi-
 tur, & Joannes ejus Prodromus ad
 supplicium mortis *Mar. 6. v. 27.* dam-
 natur. Quidni igitur Philosophia in
 solitudine petat Asylum, quò cum
 Elia fugiens à facie Jezabel. *3 Reg. 19.*
v. 5. ipsosmet cœlestes spiritus in sui
 consortium trahat, atque pacificè in
 Jacob inhabitans, in vera Domini
 hereditate *Eccles. 24. v. 11.* moretur,
 velut in Philosophorum unica salutis
 Ara & Arca, ad quam Columbæ filii,
 indè vel ad momentum egressi, nisi
 confestim revolent, accipitris ungui-
 bus prostant, aut visco obnoxia: nul-
 là alibi *Genes. 8. v. 9.* requie aut sta-
 tione repertâ, ubi tutò ac liberè pe-
 dem figant, aut *Mat. 8. v. 20.*
 cum Filio hominis caput re-
 clinent.

F I N I S.